



**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Art. 3. Vtrum hæc sit forma huius Sacramenti, Ego te obsoluo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

<sup>12</sup> Respondeo ergo ad dubium propositum du-  
Vera dubij pliciter. Primo, non esse necessariū, vt id quod est  
solutio. Sacramentum tantum, si causa eius, quod dicitur  
res & Sacramentum; sicut etiam id, quod est res &  
Sacramentum simul, non necessariō est causa eius,  
quod est res tantum: nam contractus coniugij, est  
Sacramentum tantum; coniunctio autem Christi  
& Ecclesiae, est res & Sacramentum simul, vt do-  
cet Magister dist. 26. & Bonaventura ibidem; &  
tamen cōtractus noster non est causa coniunctio-  
nis Christi & Ecclesiae. Pari ratione Charactēr in  
tribus Sacramentis, est res & Sacramentum; ta-  
men propriè non est causa eius, quod est res tan-  
tum, scilicet gratia.

His addit aliam causam, quæ videtur esse præ-  
cipua & primaria: quod Pénitentia, & Matrimo-  
nium sunt actus sufficiētiū, quos Dominus suā  
gratiā dignatus est in Sacramenta formare, & per-  
ficere superadditā virtute efficaci gratiæ: nam ex  
se Pénitentia & Matrimonium erant valde im-  
perfecta, & parū ad salutem utilia. Reliqua vero  
non sunt actus sufficiētiū, sed extrinsecus à  
ministro applicantur: vnde conuenientissimum  
erat, vt haberent loco materia substantiam ali-  
quam sensibilem. Requiruntur quidem actus suffi-  
cientium in his Sacramētis, nō tamen vt partes  
Sacramentorum, sed vt dispositiones & præpara-  
tiones sufficiētiū, vt Sacramentum in illis  
vīm habeat.

Alia Ratiō.

Secundū responderi potest. Pénitentiam, pre-  
fertim attritionem, duplīciter considerari posse:  
Primo, quatenus antecedit absolutionem Sacer-  
dotis; & sic pertinere ad id, quod est Sacra-  
mentum tantum. Secundū, quatenus est absolutione  
posterior; & sic est res & Sacramentum simul: nā  
est effectus Sacramenti, scilicet actionis externe;  
& est causa remissionis peccatorum, quæ est res  
tantum. Est (inquam) effectus Sacramenti, non  
secundū substantiam suam (nam sic antecedit)  
sed secundū virtutem Sacramentalē; hancenī  
virtutem accipit maxime à formula absolutionis;  
in qua potissimum est vis Sacramentalis.

## ARTICVLVS III.

*Virūm hac sit forma huius Sa-  
cramenti, Ego te absoluo?*

R Espondetur, Sufficiētem formam huius  
Sacramenti esse, Ego te absoluo à peccatis tuis.  
Est communis sententia Doctorum. Et patet ex  
Concilio Florentino, & ex Tridentino sess. 14.  
cap. 3. vbi dicitur, Formam huius Sacramenti, in qua  
principiè vis sita est, esse, Ego te absoluo; & additur,  
& cetera: per illud, & cetera, intelligens à pecca-  
tis tuis. Vbi

16

Aduerte. Hęc omnia verba aliquo modo ad  
essentiam formæ pertinere, scilicet, vel expreſſe,  
vel implicite. Ratio est, quia necesse est, omnia Quæ verba  
illa concipi ad significandum effectū huius Sacra-  
menti, qui est liberatio à peccatis facta more iu-  
diciali. Expressio tamen pronominis Ego non est  
absolutè necessaria; quia implicite, quantum satis  
est, continetur in verbo Absoluo. Pari ratione ex-  
preſſio illa, à peccatis tuis, non est necessaria; quia  
implicite continetur in verbo Absoluo. Non enim  
potest intelligi, fieri absolutionem ab alijs, quam  
à peccatis, quæ poenitens iam enumeravit, & cen-  
sūris hisce adiunctis. Vnde expreſſe ad substantiā  
huius formæ sufficiunt hęc duo, Absoluo te, & vt  
colligitur ex D. Thoma, & vt Caetanus in Sum-  
ma V. Absolutio, & alij passim.

Precisē ne-  
cessaria, &  
sufficiant  
ad formam  
Péniten-  
tia.

Notandum tamen est; omnem aliam oratio-  
nem huic æquivalētē sufficiere ad essentiam  
huius Sacramenti; vt, Remitto, vel condono tibi pecca-  
ta tua. Remittuntur tibi peccata tua. Sis absolitus.  
Absolutor. Id enim commune est omnibus Sacra-  
mentis, vt orationes idem valentes, idē efficiant.  
Imō probabile est sufficiere: Absoluit te Christus; vt  
patet ex forma Baptismi Græcorum: nam Christus  
est principalis minister: & tunc sub intellige-  
retur persona ministri, scilicet per me; sicut modò  
sub intelligitur persona Christi, cūm dicitur, ego  
te absoluo: Absoluimus enim Christi auctoritate.

An, & quo  
modo, sit  
bona for-  
ma, Absol-  
utor eo  
Christus.

In hoc tamen casu necessariū est, vt tali forma  
non vtratur merè deprecatoriè, quasi rogans  
Christum, vt eum absoluat; sic enim non efficeret  
Sacramentum: nam reuerā ipse non absolu-  
ret. Vnde D. Thomas scriptit quoddam Opusculum  
contra quendam, qui dicebat formam debe-  
re esse deprecatoriā. Sed debet illa vti, tamquā  
ex auctoritate, intendens absoluere veluti mini-  
ster sub Christo. Esset enim graue peccatum tali  
forma vti, quæ Sacramentum redderetur ambi-  
guum:

<sup>13</sup>  
Materia  
alia ex  
qua, alia  
circum quā,  
alia in qua,

## ARTICVLVS II.

*Virūm peccata sint propria mate-  
ria huius Sacramenti?*

R Espondetur Affirmatiū, esse materiam, sed  
remotam. Vbi nota, Tríplicem esse peni-  
tentia materiam. Prima & essentialis, est materia  
ex qua ipsa constat; qui sunt actus pénitentis. Se-  
cunda, est materia circa quam, vt peccata post  
baptismum commissa: circa hęc enim veritatur  
sicut medicina circa morbos vt expellantur. Ter-  
tia, est materia in quā, quę est ipse poenitens. Quod  
pater à simili. Pénitentia est enim veluti quad-  
clam animæ medicamentum: triplex autem, est  
medicamenta materia. Materia ex qua, sunt actus  
agroti, & ipsum pharmacum; medicamentum  
cñim duabus veluti partibus constat, nempe exer-  
citatione corporis actioneque ipsius natura, &  
pharmaco; in pharmaco tamen videtur esse præ-  
cipua vis curatōris. Materia circa quam, sunt mor-  
bi, vt expellendi: in qua, est ipse ager.

## D. VBI V.

*Cur in hoc Sacramento non sit aliqua materia  
externa corporalis; vt aqua, oleum, panis,  
sicut in alijs Sacramentis?*

R Espondet D. Thomas art. 1. ad 1. in illis ef-  
fectu externam materiam, in quibus est excellē-  
tens effectus; vt in Baptismo, in quo tollitur omni-  
nis culpa & pena; in Confirmatione, vbi datur  
plenitudo spiritus: in Ordine vbi datur potestas  
super Christi corpus verum: in extrema Vnctio-  
ne, vbi præter gratiam quæ datur, etiam reliquia  
peccatorum ablerguntur. In effectu autē Matri-  
monij, & Pénitentia non cernit huiusmodi  
aliqua excellentia.

<sup>14</sup>  
Ratio D.  
Thomas.

guum: tūm quia sententia in iudicio non solet ita ab aliquo iudice pronuntiari: tūm quia Dominus Ioannis 20. v. 27. ait, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; quasi dicat, ipsos habere potestatem remittendi; & non solum deprecatori, sed etiam ex autoritate remittere peccata: unde debent dicere, *Remitto tibi peccata*.

<sup>19</sup> Ex his infertur Primo; Illa verba in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, non pertinere ad essentialiam formæ: quod est contra Durandum dist. 22. q. 2. Nam nec Matthæi 16. nec 18. neq; Ioan. 20. quibus locis Dominus de hac potestate loquitur, fit mentio inuocatio Trinitatis, sicuti fit, quando agitur de baptismo, Matthæi vltimo. Et ratio est: quia in hoc Sacramento non fit illa professio fidei Christianæ, quæ in Baptismo, & Confirmatione: vnde neque illa additio fuit necessaria. Non sunt tamen illa verba omittenda: nam expressius significatur causa principalis, cuius auctoritate datur absolutio. Fortasse tamen omissione hæc non est mortiferum peccatum, sicut nec omissione pronominis *Ego*, vel à peccatis tuis, vt Dominicus Soto ait.

Infertur Secundum; Preces quæ antecedunt formam, *Miserere*, & *Dominus noster*; & quæ sequuntur, *passio Domini*, & cetera, nullo modo pertinere ad essentialiam formæ, sed solum ad maiorem quandam reverentiam, & devotionem impetrandam; vt docet Concilium Trident. sess. 14. cap. 3. vnde ob iustam causam possunt omitti.

Infertur Tertio; Non esse dicendum *Absoluo te auctoritate Papa*: quia absolutus Sacerdos auctoritate diuina. Papa tantummodo materiam subiicit, efficiendo vt hic sit meus subditus. Dum tamen quis absoluīt ab excommunicatione, suspensione, interdicto, aut dispensat in voto, potest mentio fieri concessi auctoritatis à Papa: quia hæc absolutio est dūtaxat ex potestate iurisdictionis, quæ descendit à Papa.

Infertur Quartu; Ineptè addi à confessi & contritis. Nam etiam de oblitis datur absolutio, et si indirectè. Contritus vero non est absolutè necessaria, quia claves etiam de atritis absoluunt. Nil hil tamen horum virtutum formam, quando legitima adegit intentio. Sed est

## D V B I V M I.

Quem sensum habeat hæc forma?

**R**atio dubitandi est: quia sèpè non videtur esse vera: vt, quotiescumque quis per contritionem est iustificatus ante confessionem: tunc enim nullum est peccatum, à quo fiat absolutio: suppono enim etiam venialia esse condonata.

Sunt variae sententia. Prima est Magistri dist. 18. qui dicit sensum esse, *Ego te ostendo, vel declaro esse absolutum*: existimat enim Sacerdotem non tollere maculam, & reatum penitentia, sed hæc à solo Deo tolli: Sacerdotem autem sua absolutione, tanquam sententiā declaratoria, tantummodo declarare hæc à Deo esse sublata; & præterea habere potestatem imponendi penitentiam pro pena temporali, & partem huius penitentia condonanda. Idem sentire videtur Bonaventura, Gabriel, & Maior eadem dist.

Sed hæc sententia videtur erronea: nam euerit potestatem clauium Ecclesiæ, et que contra ilud Matth. 18. v. 18. *Quidquid solueritis super ter-*

*ram, erit solum & in celo, & cat. & Ioan. 20. v. 27. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Vnde damnatur hæc expositiō à C. concilio Tridentino sess. 14. cap. 6. & canone 9. vbi sic dicitur, si quis dixerit, *absolutionem sacramentalem non esse ultimum indicientem, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata confitenti; anathema sit.**

Dices ex Magistro: Solus Deus dicitur in Script. An. & quo: pturis absoluere & delere peccata, & iniurias: modo, So. las Deus remittat peccata.

Respondeo: Solus Deus id facit propria auctoritate. Qui autem propriis auctoritate facit, absoluē dicitur solus facere; quia etiam dum alius facit, ipse potissimum dicitur facere, cuius auctoritate fit: Sacerdos tamē etiam verē, & propriè remittit, & delect peccata auctoritate diuina; quod patet in ceteris Sacramentis. Nam si homo auctoritate diuina verē baptizat, & abluit animā à peccatis, cur non etiam per Sacramentum Pœnitentia verē absolviat, & delect peccata, cum Pœnitentia sit nouæ legis Sacramentum gratiæ efficax?

Secunda sententia est: Sacerdotem à peccatis absoluere, sed tantummodo secundum obligatiōnem penitentia, quæ commutetur in tempore: Alio tempore: culpam verō vi contritionis à solo Deo remitti. Ita Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis part. 14. c. 18. & Richardus de S. Victore opusculo de potestate ligandi & soluendi cap. 10.

Idem sentire videtur Abulensis 1. parte sui defensorij cap. 6. qui etiam addit *Improprie & abusus dici, Absoluo te a peccatis*: *Quia (inquit) peccatum, seu culpa, priuatio est: priuatio autem non habet rationem vinculi. Sed solum obligatio ad panam, quæ reatus ponere dicitur, est instar vinculi, ac proinde ab hac tantummodo fit absolutio.*

Sed contra Primo: Hæc sententia Hugonis & Richardi videtur damnata à Pio V. & Gregorio XIII. quasi in terminis: sic enim habet illa damnata propositiō: *Peccator penitens non viviscatur ministerio Sacerdotis absolucionis, sed à solo Deo, qui penitentiam suggestus & inspirans viviscatur eum, & resuscitat: ministerio autem sacerdotis reatus solum tollitur.*

Secundum: Quia Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 14. exp̄resse docet Panam aeternam simul cum culpa remitti per Sacramentum, vel Sacramentum votum.

Tertiō: Quia, si homo per contritionem liberatur à culpa, etiam necessario liberatur à reatu penitentia: ergo ineptè hæc dividuntur, & tribuuntur diuersis causis. Antecedens probatur: nam, si per contritionem deletur culpa, ergo infunditur gratia, & iustificatio: ergo fit Filius Dei, & consequenter hæres vita aeterna, iuxta Apostolum: ergo non manet reus pena aeterna. Fieri enim nequit, vt simul quis sit reus penitentia, & habeat ius ad vitam aeternam.

Ad Abulensem autem, Respondeo: Etsi priuatio, vel potius labes illa moralis, quæ manet postactum peccati, physice considerata non sit vinculum; tamen estimatione morali vinculum esse potest: nam primum detinet hominem inter ea, quæ odio Dei digna sunt, adēd vt neque homo, neque illa creatura possit se suis viribus ab eo expedire. Secundum obligat illum ad sarcendam injuriam Deo factam. Quare etiamsi nullam penitentiam Deus statuisset, tamen ipsa peccata secundum se essent vincula quædam, & funes insolubiles,

Neque  
Preces.

Neque ex-  
prelio au-  
toritatis.

Malè addi-  
tur, A con-  
fessi & co-  
tritis.

<sup>20</sup> Expositio  
Magistri,  
sed erro-  
re.

Qu. 84. De Pœnitentia ut est Sacrament. Art. 4. D. 2. A. 4. 179

biles, iuxta illud Proverb. 5. v. 22. Iniquitates sua capiunt impium, & sanibus peccatorum suorum constringuntur. Itaq; ab his vinculis propriis debemus solvi & absoluiri. Accedit, quod tota Ecclesia hac forma utatur. Ego te absoluo, & cetera: quæ forma maximè consentanea est verbis Domini Matth. 16. & 18. *Quicumque solueritis super terram: in quibus verbis nulla est Catachresis.*

<sup>22</sup> Tertia sententia est D. Thomæ hoc loco, qui dicit sensum esse, Imperio tibi Sacramentum absolutionis: quod Caletanus exponit, Ego te sacramentaliter absoluo.

Nauarri sententia, & optima. Quarta sententia est: sensum esse, Quantum est ex vi Sacramenti, absoluo te a peccatis tuis. Ita Nauarri in Pœnitentia d. 6. cap. 1. Dominicus Soto in hunc art. Petrus Soto lectione 4. de Confessione, & alij. Quæ expositio sine dubio est optimæ: nam sic veritas huius formæ salvatur in proprio sensu, siue peccata sint ante condonata, siue non: Simili modo intelligi possunt forme Baptismi & Confirmationis.

Vt illiter ab eodem peccato sepius absoluimur. Addendum tamen est: quandiu manet aliqua obligatio penæ, conscribi aliquid peccati remanere; quia manet in suo proximo effectu: quod sit, ut homo de eodem peccato possit amplius, & amplius absoluiri. Nā primò absolu potest a culpa, & penæ externa. Secundò, à magna parte penæ temporalis restantis. Tertiò, à reliqua parte. Vnde Prophetæ Psalm. 50. v. 4. orat, *Amplius lava me Domine &c.* cùm tamen culpa iam cœlest remissa. Quartò, etiam si peccatum omnino sit remissum secundum culpam & penam, potest tamen iterum remitti, & rursus homo ab eo absolu ex parte Dei, & virtute Sacramenti. Nam potest se homo propter peccata præterita iam condonata rursus acculare, & tanquam ex se reum coram Deo susterre; siisque rursus donari gratia, quæ ab ipsius peccatis mundetur & absoluatur. Et hoc modo videtur rogare Prophetæ, *Amplius lava me Domine, & delicta iuuentutis mea ne memineris: non enim penam dumtaxat condonari cupit, sed etiam culpan & maculam abstergi.*

Solutio obiectio. Dices: Iste verè non est ligatus peccatis, nec immundus: ergo non potest verè absolu, nec mundari.

Respondeo Negando Consequentiam: Sufficit enim, aliquando fuisse ligatum, & immundus, & vt se rursus propter illa peccata, tamquam ex se reum, & immundus, coram Deo constituitur. Tunc enim potest rursus solvi illis vinculis, quæ antè fuerunt, quantum est ex parte Dei & virtute Sacramenti: nam vi Sacramenti datur noua gratia illorum peccatorū deletiā. Sicut enim donatione eiusdem res ipsius fieri potest, si per illam donationē semper aliquid noui obtineatur, quo res donata perfectius possideatur; vt patet in donatione, quæ datur Spiritus sanctus: ita remissio eiusdem criminis sapienter fieri potest, si per illam noua gratia obtineatur ad illius criminis perfectiore abolitionem, præsertim quando homo rursus de illo se accusat, & se reū constituit.

DVBIVM II.

Vtrum verbis, Absolutionis possit addi aliqua conditione?

R Espondeo & Dico Primo: Nunquam licere addere conditionem de futuro, vel quæ tali

conditioni æquipollat: vt *Absolu te si restines.* Si Non potest Deus videt te restitutum. Ratio est: quia Sacramentorum effectus non possunt suspendi posito Sacramento; nam operantur tunc in modū causæ naturalis. Cuius veler ratio est, quia Sacramenta nouæ legis sunt instituta, vt sint signa efficacia gratiæ præsentis, dum applicantur, ac proinde contra illorum naturam & institutionem est, velle eorum effectum in futurum suspendere.

Dico Secundò: Interdum ex causa licet addere conditionem de præterito, vel præsenti: Ratio est, quia hæc conditio, si sit in re, non suspendit effectum; si non sit in re, non est intentio Sacramenti, ac proinde vitatur sacrilegium. Exempli gratia: Si aliquis subiit moribundus dederit solum signa contritionis, potest absolu sub conditione facita, si est capax: Sic si dubitas, an peccatum absoluiri, nec possis dubium tollere, potes absoluere sub conditione tacita, *Absolu te, si non es absoluus.*

ARTICVLVS IV.

Vtrum Impositio manuum Sacerdotis sit necessaria?

R Espondetur, Non esse necessariam: nusquam enim Dominus, vbi loquitur de potestate clavium, meminit impositonis manuum. Ratio est, quia ad proferendam sententiam judicariath Manus impositio nec necessaria, nec expediens. non est vlla manuum impositio necessaria: atqui hoc Sacramentum confertur per modum sententiae judicariae: ergo.

Hæc sententia est contra quendam Doctorem antiquum, qui assertebat illam esse necessariam ad Sacramenti substantiam: contra quem disputat D. Thomas Opusculo 22. cap. 4. Argumenta cuius refutat hic, & dissoluit. Adde: Non solum non esse necessariam, sed nec expedientem, præsertim circa feminas. Similiter, inquit Sotus, nec elevatio manuum necessaria est, quamvis hæc magis fit vñstata.

Dices: Cur ergo ab Augustino hoc Sacramentum vocatur Impositio manus? vt lib. 3. de Baptismo contra Donatistas cap. 20. Manus (inquit) impositio non sciat Baptismus repeti non potest: & lib. 5. de Baptismo cap. 20. Quomodo (inquit) exaudit homicidiam deprecantem vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel supra capita eorum, quibus manus imponitur. Vbi per manus impositionem intelligere videtur Sacramentum Ordinis & Pœnitentia: & cap. 23. Manus ab hereti redenti propter ea imponitur, ne extra omnem culpan fuisse videatur.

Respondeo: Rem interdum accipere nomen à circumstantia extrinseca, quæ nullo modo est sacramentum necessaria: Sicut sacrificium Eucharistie vocatur Missa à dimissione populi: & ipsa Eucharistia vocatur Synaxis à populi congregazione & positio. <sup>Cur tamē ab ea hoc sacramentum dicitur.</sup>

ARTICVLVS V.

Vtrum hoc Sacramentum sit necessarium ad salutem ad salutem?

R Espondetur. In noua lege necessarium ad salutem omnibus post Baptismum lapsis in peccatum

25